Werk

Titel: Ein Schreiben über den Tod des Majolus von Cluny

Autor: Sackur, E.

Ort: Hannover

Jahr: 1891

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?345858530_0016|log18

Kontakt/Contact

Digizeitschriften e.V.
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

info@digizeitschriften.de

Ein Schreiben über den Tod des Majolus von Cluny.

Mitgetheilt von E. Sackur.

Durch Herrn Geheimrath Dümmler schon vor längerer Zeit gütigst auf den folgenden Brief hingewiesen, wandte ich mich durch die Vermittlung des leider inzwischen verstorbenen Prof. Wilhelm Studemund in Breslau an Herrn Oberlehrer Dr. Stünkel in Metz, dessen freundlicher Bereitwilligkeit ich die Abschrift verdanke. Das Schreiben steht im Cod. 377 der Metzer Stadtbibliothek, einer Boetiushandschrift des XI. Jahrhunderts, auf der Rückseite der letzten Quaternio und der Vorderseite eines Folium singulare, das hinten eingeheftet ist, eingetragen. Der Adressat könnte schwerlich ein anderer als Odilo von Cluny sein, während der Absender unter den Aebten der Metzer Diöcese, vielleicht in St. Avold, woher die Hs. stammen soll, gesucht werden müsste. Die Thatsache, dass alle Namen fehlen, auch die am Schluss angekündigte Mönchsliste, lässt freilich zweifelhaft erscheinen, ob der Brief erst nachträglich der Namen entkleidet oder frei aufgesetzt worden ist. Wahrscheinlich haben wir es mit einem Formular zu thun, da das 'illustrissimus' zur Bezeichnung des Absenders und Adressaten nur aus der falschen Auflösung der Abbreviatur 'ill.', die in Formularen an Stelle des Namens steht[1], entstanden sein dürfte[2]. Aber auch in diesem Falle spricht das Schreiben für die grosse Verehrung, die Majolus nach seinem Tode gezollt wurde, sowie es andererseits charakteristisch ist für die Art und Weise, in der sich geistliche Corporationen für das Seelenheil ihrer Mitglieder verbanden[3].

Domino illustrissimo summae venerationis abbati super gregem Christi labores strenuissimos desudanti cunctisque curae illius mandatis illustrissimus abbas, servus servorum Christi, cum sibi creditis omnibus, quicquid usquam beatius.

---

1) Vgl. Liber diurnus ed. v. Sickel p. LIII; Bresslau, Urkundenlehre I, S. 609. 2) Ich verdanke diese Vermuthung Herrn Professor Bresslau in Strassburg. 3) Vgl. darüber im Allgemeinen A. Ebner, Die klösterlichen Gebetsverbrüderungen bis zum Ausgange des karolingischen Zeitalters, Regensburg 1890.

Cum totius sanctissimae ordines christianitatis hoc[1] solae karitatis vinculo, scilicet teste apostolo[2] perfectionis nectantur compagine, ut, licet locorum vastissima seu condicionum dividantur intercapedine, cor tamen et animam unam ut habeant, omnimodis elaborare operae precium sit: tum vero permaxime isti inter spiritalium carismata donorum primarium [locum[3]] tenenti dare operam virtuti nostrae professionis homines debere neminem latet sapientem. Quapropter paternitatis vestrae apices inspecti piissimi patris vestri, domini videlicet[4] Maioli[5], ad meliora transitum, dudum antea[6] quidem fama ferente compertum, dum enunciarent: maerore plurimo, sed gaudiis permixto, nimium, fateor, nos affecerunt. At[7] gaudendum enim illi censemus, qui, quoad vixit, adeo spectatissimam in rebus Dei vitam exegit, ut idem mundo mortuus qua gloria Christo iam vivat, diversa per sanitatum dona divina gratia eius ad tumulum non velit incelatum[8]. Maerendum autem nobis dignum arbitramur, quibus caelestis incolam paradisi, cuius mortalium multi instruebantur, emendabantur seu mundo spreto ad divina sectanda animabantur exemplis, ulterius habere non est concessum. Unde peticionis vestrae haud surdi auditores, quamquam divina gratia eum sanctorum angelorum electorumque Christi coetibus, ubi nil laetitiae perfectionisque deest, vere credamus ascitum: tamen munia precum ac missarum sollempnia venerandae illius memoriae impendentes nomenque martyrologiis nostris assignantes hac spe inducimur, quatenus huiusmodi condicione devotissimos oratores suos recompenset, ut, cui nostrae tempore mortalitatis devotionis officium impendimus, ipse ab aeterno iudice erratuum veniam vel immortalitatis gloriam nobis impetrare non differat. Oramus autem obnixe[9], nostrorum nomina fratrum supter adnexa cathalogo vestrorum adscribi mentionemque illorum temporis annui cursu haberi, quod quidem vestris gratanter exhibebimus, ne oneri ducatis.

Hos vitalis adhuc retinet praesentia lucis,
Obsequium Christi peragentes mente benigna.
Isti, munde, tuum spreverunt denique vultum,
Quo faciem Christi iam semper ubique viderent.

---

1) 'hac' Hs. 2) Coloss. 3, 14. 3) Von mir ergänzt. 4) Oder 'scilicet' Hs. 5) Am Rande 'Poecalii' oder 'Poecalis' kaum zu erkennen, anscheinend von derselben Hand. 6) 'aetatem' Hs. 7) 'Ad' Hs. 8) Vgl. Rod. Glaber Hist. II, 7; Odilonis V. S. Maioli (Bibl. Clun. col. 228); Miracula S. Maioli II, c. 3. 9) 'quo nostrorum' Hs.